Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26055
Copyright: Admont, Benediktinerstift



209

quia uox dñi confringentis cedros. et facile reprimit animos elatos.
et eos inclinare potest fastus tuos. Fateor quidem quia difficile est ualde:
immo impossibile camelum per foramen acus transire. cor arrogantia tumi
dum obedientie angustum spiritu penetrare. Sed que impossibilia sunt apud
homines. apud dñm possibilia sunt immo facilia. Omnia ut quecumque uoluit
fecit in celo et in terra. in mari et in omnibus abyssis. Vbi inuenit cor intelli
gentia lucidum ut celum. ubi reperit mentem firmam ut terram. si uidit cor ama
rum et instabile ut mare. si aspexerit animum tenebrosum ut abyssum. semper
quidem et ubique omnia quecumque uoluit fecit in celo et in terra. in mari et in
omnibus abyssis. et non solum ad uocem suam contremuit. sed sepe ad aspectum
suum. sepe ad ingressum contremuit montes arrogantie. incuruauit colles
superbie. et quotiens uoluit deposuit potentes de sede. Ad aspectum inquam.
qui aspexit et dissoluit gentes. et contrita sunt montes seculi. Ad introitum.
et ad ingressus [illegible] dñi mei regis mei quia est in sancto. incuruati sunt colles mun
di ab terrenis [illegible] contrati sunt. Ad uocem autem dñi sepe confracte sunt
elationum [illegible] uentis al[illegible] cedri. quia uox dñi confringentis cedros. et con
fringet dñs [illegible]o et. [illegible] cedros libani. Aliud est confringere cedros. et
aliud est con[illegible] fringere cedros libani. neque enim in libano monte
crescunt uel crescere possunt omnes cedri. Ergo alie cedri crescunt in monte
libano. et alie in quolibet monte alio. Libanus decandidatio interpretatur.
Vis scire que sit ista decandidatio. Sed eos iustificatio. ipsa est eos dealbatio.
Iohannis apli est ista sententia. ii mea. Byssinum inquit. sunt iustificationes
sanctorum. Doce me domine iustificationes tuas. et super niuem dealbabor.
Huiusmodi colore uel candore super ducta erant uestimenta illa dñi mei
ihu. uestimenta illa ut lux. qualia non potest facere fullo super terram.
Sed potest hec fullo celestis. quia a summo celo egressio eius. Timor si ipse
i. idem non premitur. ubi peccatores admonens ait. Si fuerint peccata
uestra ut coccinum quasi nix dealbabuntur. et si fuerint rubra quasi